

Ad filium reguli ire noluit: ad seruum centurionis ire paratus fuit. **CHRY.** Vel aliter: Illic quidem fides confirmata erat: circiter et promissum ire ut discamus viri deuotionem. hic autem adhuc imperfectus erat: et nondum non erat manifeste quod absens curare poterat. unde ex hoc quod non accedit Iesus hoc addidit. Sequitur enim: Credidit homo sermone quem dixit ei Iesus et ibat. Non tamen integre neque sane.

ORI. Ostenditur autem eius dignitas et officium ex hoc quod seruientes illi occurrunt. unde sequitur: Jam autem eo descendente serui occurrerunt ei: et nunc ei dei quia filius eius. **CHRY.** Qui quidem obuiauerunt: non ut annuntiarent solum sed quasi estimantes de reliquo supfluum esse Christi presentiam quem credebant accedere. Ad autem regulus non integre credidit: neque sane ostenditur ex hoc quod sequitur: Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Volebat enim scire vtrum casu vel ex precepto Christi hoc factum esset. Sequitur: Et dixerunt ei quod hora septima reliquit eum febris. Vide qualiter miraculum manifestum est: non enim simpliciter neque ut contingit a piculo liberatus est: sed repente et simul ut appareat non esse ex nature consequentia quod fiebat: sed actione Christi. unde sequitur: Cogit ergo per quod illa hora erat in qua dixit ei Iesus: si tu. vi. et cre. ipse et deo eius tota.

AVG. Si ergo propterea credidit: quia nuntiatum est ei quod filius eius esset sanus: et compauit horam nuntiatio huius presentiantis: quando rogabat nondum credebatur. **BED.** Unde datur intelligi et in fide gradus esse sicut et in alijs virtutibus quibus est initium incrementum atque perfectio. Huius ergo fides initium habuit cum filij salutem petijt: incrementum dum credidit sermoni domini dicentis: filius tuus viuit. Deinde perfectionem obtinuit nuntiatio seruis. **AVG.** Ad solum sermonem crediderunt plures samaritani. Ad illud miraculum sola illa domus credidit ubi est factum. unde subdit euangelista: Doce iterum secundum signum fecit Iesus: cum venisset a iudea in galileam.

CHRY. Non sine causa hoc adiecit sed ostendens quoniam secundo signo facto: nondum ad altitudinem samitanorum nullum signum videntium iudei peruenierunt. **ORI.** Amphibologiam autem continet presens dictum. vno enim modo denotat quod Iesus veniendo a iudea in galileam: duo fecit miracula: quorum secundum est factum erga filium reguli. alio modo sic: Duo bus existentibus signis quae Iesus in galilea exercuit: primum venit a iudea in galileam. et hic sensus verus est. Mystice autem per hoc quod Iesus bis in galileam accedit: binus saluatoris aduentus in mundum ostenditur: primus quidem misericordie: ut vino facto conuiuias exhiberet: secundus vero ut filium reguli ad mortem pene ductum suscitaret. id est populum iudeorum qui post plenam diuinam gentium accederet saluandus in fine. Magnus autem rex regum est qui constitutus est a deo in monte syon sanctus eius: cuius qui viderunt diem et gauisi sunt: reguli diuoscuntur. Arbitramur igitur regulum esse abraam: egrum vero filium eius israeliticum genus debilitatum erga cultum diuinum: et ideo incaluit ignitis spiculis infirmi: ut proinde febre censeatur. Apparet autem quod precedentiibus sanctis postquam carnis exuerunt amicum populus fuit cure. unde legitur in machabaeis post mortem hieremie: hic est hieremias propheta dei: qui plurimum orat pro populo: abraam igitur obsecrat adiuuari a saluatore populi infirmum: et quidem patris verbum de chana prodit: ubi dictum est: filius tuus viuit. Sed verbi efficacia in cana pharisei agit. nam ibi filius reguli curatus est quasi in agro consolationis morans quod significat genus quoddam debili non tamen oino fructibus priuatum. Illud autem: Nisi signa et prodigia vi. non cre. dictum illi refert ad multitudinem filiorum suorum: et ad ipsum quodammodo sicut enim iohannes expectabat a dante sibi signum. super quem videris spiritum descendente: sic et promissum sancti aduentus Christi in carne et signis

et prodigijs manifestandum expectabat. habet autem hic regulus non solum filium sed etiam seruos per quos significat maneries quedam minus bene. et infima credentium nec a casu hora septima deserit filium febris: nam septenarius numerus est quietis. **ALCVI.** Vel quod septuaginta spiritum est eis remissio peccatorum. Septenarius enim in tria et quattuor diuisus significat sancta trinitatem in quattuor anni temporibus: in quattuor mundi partibus: in quattuor elementis. **ORI.** Patet quoque significari duo aduentus Christi verbi ad animam: primus quidem ex facto vino prebens anime gaudium spiritibus coniungit secundus vero omnes languoris ac mortis reliquias amputans. **THEO.** Regulus autem est omnis homo non solum quia regi vniuersorum propinquus existit secundum animam: sed quia et ipse super omnia principatum sumpsit: cuius filius. id est mens febricitat voluptatibus prauis et desiderijs. Accedit autem ad Iesum et deprecatur ut descendat. id est ut descendens misericordie gratia et parcat peccatis prauis a voluptatum infirmitate morosificetur. Sed dominus dicit: Vade. id est profectus continuus circa bonum ostendas: et tunc filius tuus viuet. Si autem ambulare cessaueris mortificabitur tibi intellectus circa boni operationem.

Ca. v.

ORI. Hec erat dies festus iudeorum: et ascendit Iesus hierosolimam. Erat autem hierosolymis probatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida quique porticus habes. In his facebat multitudo magna languentium: cecorum claudorum: aridorum: expectantium aque motum. Angelus autem domini descendebat secundum tempus in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquae sanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus facientem. et cognouisset quia iam multum tempus haberet: dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine homines non habeo: ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Dum venio enim ego: alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge: tolle grabatum tuum et ambula. Et statim sanus factus est homo ille. et sustulit grabatum suum et ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit ille mihi dixit: tolle grabatum tuum et ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum et ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit a turba constituta in loco.

AVG. de con. euange. Post miraculum in galilea factum: inde hierosolimam redit. Unde dicit: Post hec erat dies festus iudeorum: et ascendit Iesus hierosolimam. **CHRY.** Mibi videtur quod erat dies festus pentecostes: ascendit autem Iesus hierosolimam semper in diebus festis: ut cum eis dies festos faciens non videat legi contrarius: et ob hoc multitudinem simplicem per signa et doctrinam attrahat: maxime enim in diebus festis hi qui iuxta positi erant concurrebant. Sequitur: Erat autem hierosolyma. que cognominatur hebraice bethsaida. quique portus habens.

ALCVI. Probaton grece ouis dicitur: probatica er
go piscina peculiaris dicitur: ubi sacerdotes cadauera
hostiarum abluebant. **CHRY.** Decebat quidem baptis
ma dari peccata purgata: cuius imago prescripta fuit in
piscina et in alijs pluribus: et primum quidem dedit deus
aquam expurgantem corporum sordes et iniquitates non
existentes: sed opinatas puras eas que a funere et que a le
pra et que ab alijs talibus deinde infirmitates diuersas
per aquas facit solui. unde sequitur: In his iace. mul. mag.
lang. ceco. clau. et ari. expe. aque mo. Volens enim de
p. pinquius adducere ad baptismi donum: non adhuc in qui
nameta solu mndat. Sed etiam egritudines sanat: sicut. n.
ministri qui prope regem sunt: his qui sunt a longe clari
ores sunt: ita et in figuris fit. Non autem simpliciter sana
bat aquarum natura: semper enim hoc fieret: sed in angelis de
scensione. unde sequitur: Angelus autem descendit. Fin tepus
in pisc. et mo. aqua. Sic enim et in baptis: non simpliciter
aqua opatur: sed cum spissantur accipit gratia: tunc oia
soluit peccata. Angelus enim descendens turbabat aquas
et sanatiuam imponebat virtute: ut discant iudei quoniam
multo magis angelorum dominus omnes egritudines anime
sanare potest. sed tunc quidem infirmitas impedimentum volen
ti curari fiebat: Subditur enim: Et qui post deum. in pisc.
p. mo. aq. san. fiebat a quibus deinde infirmitas. Nunc
autem unusquisque accedere potest. non enim angelus est qui
turbat aquas: sed angelorum dominus qui oia opatur. Et
si orbis terrarum vniuersus veniat: gratia non consumitur
sed similis manet. sicut enim solares radij per vnaquodque
illuminant diem: et non consumuntur: neque a multa largitio
ne mino: fit solis lux: ita et multo apertius spissantur actio
in nullo minuitur a multitudine eorum qui portantur ea.
Hoc autem fiebat. s. ut vnus in post motionem aque sana
retur: ut qui didicerant quoniam in aqua egritudines corporis
sanabantur: in hoc per multum tempus exercitati facile cre
derent quod et egritudines anime aqua sanare potest. **AVG.**
Plus est autem quod christus vicia sanauit animarum: quam quod
sanauit languores corporum mortuorum. sed quia ipsa ani
ma non eum nouerat a quo sananda erat: et oculos habe
bat in carne unde facta corporalia videret: et nondum habe
bat in corde unde deus laetiter cognosceret: fecit quod vi
deri poterat ut sanaretur unde videri non poterat. In
gressus est locum ubi iacebat multitudo languentium: de qua
bus elegit vnus ut sanaret. de quo subdit: Erat autem quidam
homo ibi triginta et octo annos habens infirmitate sua.
CHRY. Non autem confessus est a principio sanauit: sed
primum cum familiariter sibi facit: per interrogationem future fi
dei faciens viam. Non autem expectit fidei ut i cecis fecit di
cens: Creditis quia possum hoc facere: quia hic nondum
nouerat eum manifeste quis esset. Nam illi quidem ex alijs
eius virtutem cognoscetes: conuenienter hoc audierant.
Alij vero nondum eum cognoscetes: sed per signa eum cognituri
post miracula requiruntur de fide unde sequitur: Hunc cum
vidisset Jesus iacentem et cognouisset quia multum iam tem
pus habet dicit ei: Uis sanus fieri. Non hoc querit ut di
scat: hoc enim superfluum esset: sed ut ostenderet istius patienti
am qui triginta et octo annos habens: per vniqueque annu
eripi ab egritudine expectans affidebat et non desinebat.
Et ut cognoscamus propter quam causam dimittens alios ad
huc venit: et non dicit: Uis te curabo: nondum enim aliquid ma
gnu imaginabatur ille de christo. non autem turbatus est ad in
terrogationem neque dixit iniuriari sibi venisti: quoniam interro
gas si volo sanus fieri: sed mansuete respondet. Sequitur enim
Respondit ei lang. Domine hominem non habeo: ut cum
tur. su. aqua mit. me in pisc. du vero enim ego alius an me
descendi. Non nouerat quis esset: qui interrogabat: neque quod
curaturus esset eum. Opinabatur autem fortasse vtile sibi fo
re christu ad mittendu eum in aquam. sed christus osten
dit quod verbo omnia potest facere. unde sequitur: Dicit ei ie
sus: surge tolle grabatum tuum et ambula. **AVG.** Tria

dixit: sed surge non opus imperium fuit sed operatio sa
nitatis. Sano autem duo imperauit: Tolle grabatum tuu
et ambula. **CHRY.** Intuere diuine sapientie superba
dantiam: non solum sanat: sed et lectum portare iubet: ut
credibile faceret miraculum: et nullus existimet phantasi
am esse quod factum est. Non enim nisi certissime et rebe
menter compacta essent membra: lectulum ferre possent. An
dicens autem languidus: quoniam cum potestate et vclut in
bens dixit: Surge tolle grabatum tuum. non desistit dicens
Angelus descendit et turbat aquas: et solum vnum curat.
Tu autem homo existens ex solo precepto speras te ma
gis angelis posse: sed auduit et non discredidit ei qui in
sit: et sanus factus est. unde sequitur. Et statim sanus fu
ctus est homo: et sustul. graba. su. et ambulauit. **BED.**
Multum quippe inter sanationem domini: et que a medi
cis infertur vitare probatur: hoc videlicet voce iubens et
more impuler. Illa vero per multa temporis interval
la aliquoties perficitur. **CHRY.** Ignotum mirabile qui
dem est hoc: que autem molemente suaderi non ita mira
bile est: sicut quod post instantibus iudicijs et accusanti
bus: christo obediu: ut ostendit euangelista consequent
dicens: Erat autem sabbatum in illo die: dicens. ergo in
dei illi qui sanus fuerat factus: sabbatum est: non licet
graba. tuum. **AVG.** Non calumniabatur dominus: quod
sanum fecerat sabbato quasi eis respondere posset: quia
si cuiusque iumentum in puteum cecidisset: vnusque die sabb
ti erueret illud et saluaret: sed qui portabat grabatum suu
quasi dicat: si sanitas non erat differenda: nunc quid top
fuerat imperandum. sed ille auctor: em sanitatis sue oia
ciebat calumniatoribus. unde sequitur: Respondit ei: qui
me sanum fecit: ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum et
ambula. q. d. quare non acciperem iussione a quo ac
ceperam sanitatem. **CHRY.** Nimirum si malignari
vellet poterat dicere: Si crimen est accusate eum qui
sit et deponam lectulum: sed et curationem vnusque oculu
tasset. Et enim sciebat non ita eos esse moros ex sabb
ti solutione: sicut ex infirmitatis sanatione. sed neque hoc
occultauit: neque veniam petiit: sed clara voce beneficium
confessus est. illi vero maligne interrogauerunt. unde sub
ditur: Interrogauerunt ergo eum quis est ille homo qui
dixit tibi: Tolle grabatum tuum et ambula. Non dicunt:
Quis est qui fecit te sanum: sed in medium inducunt id
quod transgressio estimabatur. Sequitur: Is autem qui
sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Jesus autem de
clinauit a tur. consti. in loco. Et primum quidem ut eo ab
sente testimonium insuspicabile fieret. Qui enim adque
fuerat sanitatem idoneus erat beneficij testis. et vnus
non plus faceret furorem illorum accendi. Solus enim vi
sus eius cui inuidetur: non paruam inuidentibus immi
tit scintillam: propterea discedens: permittit ab ipse factu
factum examinari. Quidam estimant hunc paralyticu
esse eum qui in mattheo positus est: sed non est. Ille enim
multos habebat sui curam habentes et eum ferens: hic
autem nullum. Sed et locus vtriusque diuersus est.
AVG. Si quidem mediocri corde et humano ingenio
considerem hoc miraculu faciente quod ad prate prout
non magnu aliquid fecit: et quod ad benignitate paru fecit.
Toti iacebat: et vnus curatus est cum posset vno verbo oia
erigere. Quid ergo intelligendu est: nisi quia prae illa et
bonitas magis agebat quid anime in factis eius pro sa
lute sempiterna intelligerent: quod quid pro temporaliter sana
tum est in membris mortalibus in fine defecit: anima que
credidit: ad vitam eternam transiit fecit. Piscina illa et
aqua illa populum mihi videt significasse iudeos. signi
ficari enim populos nomine aquarum apte nobis indicat
apocalypsis iohannis. **BE.** Bene autem piscina proba
tica fuisse describit. Ille enim populus ois noie significat

fm illud psalmi: Nos populus tuus et oves gregis tui.

AVG. Aqua ergo illa. i. populi ille quique libris mox si tangi quinq; portibus clauderetur: sed illi libri prodebant: languidos non sanabant. Lex enim peccatores conuincebat: non absoluebat. **BED.** Denique multa genera languentium in eadem iacuerunt: ceci. s. qui scientie lumine carent: claudi qui ad ea que iubetur implenda: vires non habent. Aridi qui superne dilectionis pinguedine carent. **VVG.** Venit autem christus ad populum iudeorum et faciendo magna: docendo vitia turbauit peccatores. I. aquam presentia sua: et excitauit ad passionem suam: sed latens turbauit. Subito enim videbat aqua turbata: et a quo turbabatur non videbatur. Descendere ergo in aquam turbatam: hoc est humiliter credere in domini passionem. Ibi sanabatur vnus: significans ecclesie unitatem: postea quisquis veniret non sanabatur: quia quisque praeter unitatem fuerit: sanari non poterit vobis illis quod oderunt unitatem: et partem sibi faciunt in hominibus. Habebat autem. xxxviij. annos in infirmitate: qui sanatus est. hic enim numerus ad languorem pertinet magis quam ad sanitatem. Quadragenarius enim numerus sacratus: nobis in quadam perfectione commendatur: quia lex in decem preceptis data est: et predicanda erat per totum mundum: qui quattuor partibus commendatur. Denarius autem per quattuor multiplicatus ad quadragenarium peruenit. vel quia per euangelium quod quattuor libros habet impletur lex. Si ergo quadragenarius numerus habet perfectionem legis: et lex non impletur nisi in gemio precepto charitatis. Quid miraris quia languebat quod xl. minus duos habebat: necessarius erat illi homo ad sanitatem. Sed homo ille qui et deus est: et quia illum faciente duobus minus inuenit: quia duo quedam iubendo quod minus erat impleuit. In duobus enim domini iussus. duo precepta significata sunt charitatis. Dei dilectio prior est ordine precipiendi: proxiimi autem dilectio prior est ordine faciendi. Dicit ergo: Tolle grabatum tuum: quasi diceret: Cum esses languidus portabas te proxiimus tuus sanus factus es: porta proximum tuum. Dicit etiam: Ambula. Sed quo iter agis nisi ad dominum deum tuum?

BE. Quid enim est dicere: Surge et ambula: nisi a torpore et ignavia in quibus prius iacebas erigere: et in bonis operibus proficere stude. Tolle grabatum tuum. id est proxiimum tuum a quo portaris et ipse patienter tolera. **AVG.** Porta ergo eum cum quo ambulas: ut ad eum peruenias cum quo manere desideras. Ille autem nondum Iesum nouerat: quia et nos credimus in eum: quem non videmus: et ut non videatur declinat a turba. Quadam solitudine intentionis videtur deus. turba strepitum habet. visio ista secretum desiderat.

C. Postea inuenit eum Iesus in templo et dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli amplius peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo et nunciauit iudeis: quia Iesus esset qui fecit eum sanum. Propterea persequerentur iudei Iesum: quia hec faciebat in sabbato. Iesus autem respondit eis: Pater meus usque modo operatur et ego operor. Propterea ergo magis querebant eum iudei interficere: quia non solum soluebat sabbatum sed et patrem suum dicebat deum equalem se faciens deo.

CHRY. Luratus homo non secessit ad nundinas neque voluptati aut vane glorie dedit seipsum: sed in templo conuersabatur: quod maxime religionis est signum. unde dicitur: Postea inuenit eum Iesus in templo. **AVG.** Dominus quidem Iesus et in turba eum videbat et in templo.

Ille autem languidus Iesum in turba non agnoscit: in templo agnoscit in loco sacro. **ALCVI.** Quia si gratiam conditoris cognoscere volumus: et ad eius visionem venire: fugienda est turba cogitationum et affectuum prauiorum. declinanda sunt prauiorum conuenticula. fugiendum est ad templum ut nos ipsos templum dei studeamus facere quos deus iuuere et in quibus manere dignetur. Sequitur: Et dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli amplius peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. **CHRY.** Ubi prius discimus quod ex peccatis ei nata est hec egritudo. quia enim sepius animam in nobis egrotantem insensibiliter habemus: corpus autem etiam paruam suscepit lesionem: o facit studium ut ab infirmitate liberemur. Propterea deus punit corpus pro his que anima deliquit: secundo vero quod verus est gehenne sermo: tertio quod longum est infinitum supplicium. Dicunt enim quidam: Nunquid quia in breui temporis momento adulteratus sum: immortally crucior: vide quod hic tanto tempore pro peccatis cruciatur: non enim temporis mensura peccata iudicantur: sed ipsa delictorum natura. Cum his autem et illud discimus: quod si grauem sustineamus penam pro prioribus peccatis: deinde et eadem incidimus grauiora patiemur: et hoc decenter. quod enim neque supplicio factus est melior ut insensibilis de re liquo et contemptor: ad maius ducet tormentum. si autem hic non omnes pro peccatis torquentur: non confidamus. Nihil enim nos hic pati pro peccatis signum est maioris illic futuri supplicij: non autem omnes egritudines sunt ex peccatis sed plures. Quedam enim et a pigritia fiunt: quaedam propter probationem: sicut in iob. sed propter quid paralytico huic christus de peccatis mentionem facit? Qui dam huic paralytico detrahentes dicunt eum christi fuisse accusatore: et propter hoc hec audisse. quod igitur dicit de paralytico qui est apud mattheum: etenim et illi dictum est: Dimittuntur tibi peccata tua. neque etiam christus huic inculcat de preteritis: sed ad futurum eum munit solum.

Alios igitur curans peccatorum non meminit: quia his paralyticis ex peccatis egritudines sunt factae: alijs autem ex infirmitate naturali: vel per hos reliquos omnes admonet. Cum his autem et illud est dicere: quoniam multam vidit inesse anime huius patientiam: et ut valentem suscipere admonitionem eum admonet. Tribuit autem signum ei proprie deitatis. dicendo enim: Non amplius pecces: ostendit se scire omnia que ab eo facta erant delicta. **AVG.** Nunc autem ille postea quod vidit Iesum: et cognouit eum auctorem salutis sue: non fuit piger in euangelizando quem viderat. unde sequitur: Abijt ille homo et nunciauit iudeis: quia Iesus erat qui fecit eum sanum. **CHRY.** Non ita insensibilis erat: ut post tantum beneficium et admonitionem maligna mente hoc dicat. Si enim detrabere vellent: sanitatem tacens transgressionem dixisset: sed hoc non fecit: non enim dixit: quoniam Iesus est qui dixit: Tolle grabatum tuum. quod videbatur iudeis crimen esse: sed dixit: Quoniam Iesus est qui me sanum fecit. **AVGVSTINVS.** Sic igitur ille annuntiabat: et illi insaniebant. unde sequitur. Propterea persequerentur iudei Iesum: quia hoc faciebat in sabbato. Manifestum enim opus corporale factum erat ante oculos iudeorum: non sanitas corporis: sed deportatio grabati: que non videbatur ita necessaria quemadmodum sanitas. Aperte ergo dicat dominus sacramentum sabbati et signum obseruandi vnus diei ad tempus datum esse iudeis. Impletionem vero ipsam sacramenti: in illo venisse eum sequitur. Iesus autem respondit eis: Pater meus usque modo operatur: et ego operor. q. d. Nolite putare quia sabbato ita requieuit pater meus: ut ex illo non operetur sed sicut ipse nunc operatur sine labore: operor et ego sed ideo dictum est deum requieuisse: quia iam creaturam nullam condebat: postquam perfecta sunt omnia. quiete vero propterea appellauit scriptura: ut nos admoneret per bona opera

quieturos. Et sicut deus postq̄ fecit hominem ad imaginem et similitudinem suam: et p̄fecit omnia opa sua bona valde requieuit septimo die: sic et tibi requie non speres: nisi cum redieris ad similitudinem in qua factus es: quā peccato perdidisti: et nisi cum bona fueris operatus.

AVG. quarto super genesim ad litterā: Dicit ergo probabiliter potest ad seruandū sabbatum iudeis fuisse p̄ceptum in vmbra futurū: que spirituales requiem significaret: quam deus exemplo quietis sue: fidelibus bona opera facientibus archana significatione pollicebatur.

AVG. super iohannem: Erit enim sabbatum huius seculi cum transierint sex etates quasi sex dies seculi: tunc enim ventura est requies que promittit sanctis. **AVG.** quarto super genesim ad litteram: Cuius etiam quietis ipse dominus iesus mysteriū sua sepultura confirmauit. Ipso quippe die sabbati requieuit in sepulchro postq̄ sexto die consummavit opera sua quando ait: Consummatum est. Quid ergo mirum si decessitū diem quo erat christus in sepultura quieturus: volens etiam hoc modo p̄nunciare ab operibus suis in vno die requieuit: deinceps opaturus ordinem seculorum. Potest etiam intelligi: quod cum requieuisse a condendis generibus creature: quia ultra iam non condidit aliqua genera noua. Deinceps autem vsq̄ nunc et ultra operate eorundem generum administrationem que tunc instituta sunt: non ut ipso saltem die septimo potētia eius a celi et terre omniumq̄ rerum quas condiderat gubernatione cessaret: alioquin continuo dilaberetur. Creatoris namq̄ potentia causa est subsistendi oī creature: que ab eis que creata sunt regendis si aliquando cessaret: simul et eorum cessaret species omniumq̄ natura concideret: neq̄ enim sicut structuram edificiū cum fabricauerit quis abscedit: atq̄ illo cessante stat opus eius: ita mundus vix ictu oculi stare pōt si ei deus regimē suum subtraheret: proinde quidem dominus ait: Pat̄ me us vsq̄ modo operatur continuationē quandam opis eius que vniuersam creaturam cōtinet atq̄ administrat: ostendit. Aliter enim posset intelligi si diceret: Et nūc operatur: vbi non esset necesse ut operis continuationem acciperemus. Aliter autem cogit intelligi cum ait: Usq̄ nūc ex illo scilicet quo cuncta cum conderet operatus est.

AVG. super iohannem. Ergo itaq̄ diceret iudeis: Quid alius expectatis persuadentis ut non operer sabbato. Sabbati dies vobis ad significationem meam p̄ceptus est. opera dei attenditis: per me facta sunt omnia. operatus est pater lucem: sed dixit ut fieret: si dixit verbo operatus est: et verbum eius ego sum. Pater meus et nūc opatur et cum fecit mundū: et vsq̄ nūc operatur: cum regit mūdū ergo et per me fecit cum fecit: et per me regit cum regit.

CHRY. Et quidem christus cum discipulos excusare oportebat: dauid consuevit eorum in mediū ferebat. Quando vero de seipso erat accusatio: ad patrem refugit. Considerandum etiam q̄ neq̄ ut homo solum excusaret: sed neq̄ ut deus solum sed quandoq̄ hoc quandoq̄ illo modo. Uolebat enim vtrūq̄ credi et condescensio: nis dispensationem et deitatis dignitatem. vnde hic eqli tatem sui ad patrē ostendit: et in dicendo cum patrē singulariter. Dicit enim pater meus: et in agendo eadem illi. Dicit enī: et ego operor. vnde sequitur: Propterea ergo magis querunt cum iudei interficere: quia non solū soluebat sabbatum: sed et patrē suum dicebat deū. **AVG.** Non quocūq̄: sed quid equalem se facit deo: nam oēs dicimus deo: Pater noster qui es in celis. Legimus et in deos dixisse: Cum tu sis pater noster. ergo non hinc irascebantur: quia patrem suum dicebat deum: sed q̄ lōge alio modo q̄ homines. **AVG.** de concord. euan. Dicēdo enim: pater meus vsq̄ modo operatur: et ego operor q̄ ei esset equalis voluit intelligi: consequens esse ostēdēt ut qm̄ pater operatur: et filius operetur: quia pater sine filio non operatur. **CHRY.** Si vō non naturalis es

set filius nec eiusdē substantie: hec excusatio maior accusatio esset. Non enim p̄fectus regalē legē transgrediens poterit effugere: si accusatus se excuset dicens: Quoniam et rex soluit legem. Sed quia par est dignitas filij ad p̄fēz propterea perfecta excusatio ē. sicut igitur pater operas sabbato absolutus est a crimine: ita et filius. **AVG.**

Ecce intelligunt iudei quod non intelligunt arriani. Arriani quippe inequalem dicunt filium patri: et inde heretici pulsat ecclesiam. **CHRY.** Qui vō nolunt cum deo mente hoc suscipere: dicunt q̄ christus non fecit se equalem deo. sed iudei hoc suspicabantur: sed ad hoc per ea que supradicta sunt superueniamus. Manifestum enim est q̄ iudei persequebantur christum: et q̄ soluebat sabbatum: et q̄ dicebat patrem suum deum. vnde et quod cōuenienter adiungitur: Equalem se faciens deo. adheret p̄missis in veritate. **HILA.** vj. de trinit. Expositio enī euangeliste causam demonstrantis cur dñm iudei interficere vellent. **CHRY.** Et iterum: si ipse hoc ipsum volebat asserere: sed iudei hoc inaniter suspicabantur: non dimisisset dominus eorum mentem in errore: sed corripisset. neq̄ enim euangelista hoc tacuisset sicut supra de eo quod dictum est: Soluite templum hoc. **AVG.** Nō tñ iudei intellexerunt christum esse filium dei: sed intellexerunt in verbis christi: quia talis commendaret filius dei q̄ equalis esset deo: quia ergo nesciebant: talem tamē p̄dicari agnoscebant. Ideo dicit: Equalem se faciens deo non autem ipse se faciebat equalem: sed ille illum genuerat equalem.

CHRY. Respondit itaq̄ iesus et dixit eis: Amē amē dico vobis: non potest filius a se facere quicq̄: nisi si quod viderit patrem facientem. Quocūq̄ enī ille fecerit: hec et filius similiter facit. Pater enim diligit filium: et omnia demonstrat ei que ipse facit: et maiora his demonstrabit ei opera ut vos miremini.

HILA. vj. de trinitate: Ad violati sabbati obiectus sibi reatum dixerat: Pater meus vsq̄ modo operatur: ego operor: ut vlturpasse hoc exauctoris intelligeretur exemplis. Significans tamen hoc quod ipse ageret patris opus esse intelligendum: quia ipse in se operaretur operante: et rursum aduersum eam inuidiam q̄ se deo equaliter patris nominis usurpatione: volens et naturam confirmare et nature virtutem profiteri: respondit. vnde dicitur. Respondit itaq̄ iesus et dixit eis: Amen amē dico vobis: non potest filius a se facere quicq̄: nisi quod viderit patrem facientem. **AVG.** Quidam qui christi nos se haberi volunt: arriani heretici dicentes ipsum filium dei qui suscepit carnem: minores esse q̄ pater est. capiunt ex his verbis causam calumnie et respondent nobis: Videtis quia dominus iesus cum aduertet iudeos ex hoc moueri: quia patri deo equalem se faceret: talia verba subiunxit: ut se equalem non esse monstraret. qui enim non potest: inquit a se facere quicq̄: nisi q̄ viderit patrem facientem: vtiq̄ minor est non equalis. Sed si deus erat verbum: et est deus maior et deus minor: duo deos colimus: non vnum deum. **HILARIUS.** septimo de trinitate: Ne igitur exequatio illa per nomen naturam naturitatis que filij est auferet eidem: ait filium ab se nihil facere posse. **AGVSTINVS.** Tanquam diceret: Quid scandalizati estis: quia patrem meum dixi deum: et quia equalem me feci deo: ita sum equalis: ut ille me genuerit: non ut ille a me: sed ego ab illo sum filio. Hoc est esse quod posse. Quia ergo substantia filij de p̄e est: ideo potentia filij de p̄e ē. q̄ ergo filij nō ē a se: ideo nō pōt a se. sic ergo nō pōt filij a se facere quicq̄: nisi q̄ viderit patrem facientem: quia videre filij hoc est naturę esse de patre: non alia visio est eius: et alia substantia eius.

totum quod ē de patre est. **HILA.** vij. de tri. Ut antez maneret salutaris in patre et filio: confessionis nostre ordo naturam natiuitatis ostendit: que patrem efficiendū per incrementa idularū ad vnumquodq; opus viriū su meret: sed de cognitione presumet. presumet autē nō de aliquo operis corporalī exēplo: vt quod prius pater faceret: id postea filius facturū esset. sed cū ex patre filius esset natus per virtutis ac nature in se paternae cōsciam: nō nisi quod patrē faciēte vidisset: filiū facere posse te statim est. nō enī corporalib; modis deus videt: sed visus ei oīs in virtute nature est. **AVG.** ij. de tri. Hoc autē si ppter ea dictū accepimus qz in forma accepta ex creatura mīno: est filius: consequens erit vt prioz pater super aquas ambulauerit: et cetera que filius in carne apparēs inter hoīes fecit vt possit filius ea facere. quīs autē vel dylus ista sentiat. **AVG.** sup. ioan. Ambulatio in illa carnis supra mare a patre fiebat per filiū. Qm enī caro ambulabat et diuinitas filiū gubernabat: pater absens nō erat cū filius dīcat. Pater in me manens ipse facit opera cum ergo dixisset: Nō pōt filius a se facere quicq;. Ne forte carnalis subripet intellectus: vt faceret sibi hō quasi duos fabros: vnu magistrū: alterū discipulū: vt quomodo ille fecit archam: iste facit alterā secutus ait. Quēcūq; enī ille fecerit: hec et filius similiter facit. Nō ait. Quēcūq; pater facit et filius alia similia facit: sed hec eadē. Mū dum pater: mundū filius: mundū spūsanctus. Si vñ deus pater: et filius: et spūsanctus: vnus mundus factus a patre per filiū in spūsancto. Hec ergo eadem facit. Ad dū autē: Similiter: ne alius error in animo nasceret. Uidet enim corpus hoc idem facere quod anima: s; nō similiter. animus enī imperat corpori: corpus visibile ē: animus inuisibilis: vt faceret aliquid seruus: iubente domino fecit: idem ab vtroq; factum est: sed nūqd similit. Nō ergo sic pater et filius: sed hec eadem facit et similit facit: vt intelligamus similit potentia facere filiū eadē ipa que facit pater. **CHRY.** Uel aliter: Omnia et eadem ad ostendenda nature virtutem locutus sit. Ubi vñ similiter per filiū oīa ea: eadem sunt: similitudo operū solitudinem opantis excludit. Hec igitur est vere fidei nostre intelligentia: qz sub vna hac significatione testantur: et similiter facta natiuitatem et eadem facta naturam. **CHRY.** Uel aliter: Totū qd dicitur: A semetipso nō pōt filius facere quicq;: intelligendū est quia nō contrariū patri: nō aliquid alienū ab eo facere pōt. Ideo autē nō dicit: Qm nō contrariū facit. sed qm nō pōt facere: vt hinc ostendat indissimilitudinem et certitudinem paritatis. Nō enī imbecillitate si lq; sed multā eius virtutem ostendit hoc verbū: sicut enī cum dicimus: Impossibile est deū peccare: nō imbecillitatem eius accusamus: sed ineffabile quādam virtutem eius testamur: ita cum dicit filius: Nō possum a meipso facere quicq;. hoc dicit: qm impossibile est eum facere aliquid contrariū patri. **AVG.** contra sermo. arrianozū: Hoc autē nō deficientis est: sed in eo qd de patre natus ē pmanens: tanq; laudabile est oipotēte nō posse mutari: qd laudabile est qd oipotens nō pōt mori. Pōt enī filius facere qd nō vidisset patrē faciēte: si posset facere qd per illū nō facit pater: hoc est. Si posset peccare: neq; nature inmutabiliter bone que a patre est genita conueniret. Hoc autē quia nō pōt: nō deficienter nō pōt: sed pōt. **CHRY.** His autē que dicta sunt attestat quod sequitur: Quēcūq; enī ille fecerit: hec similiter et filius facit. Si enim per seipsum pater oīa facit: et filius p seipm facit: vt hoc qd dicit: similiter maneat: vides qualis intelligentia est excelsa: hūilitatis autē verba. si enī humilī pro ducit verba quedā nō mireris. quia enī persequēbant eū excelsa audientes: et contrariū deo esse estimabāt: parū per verba remissit. **AVG.** Cum ergo dixisset et se eadē fa-

cere: et similiter que facit pater subdit: Pater enim diligis filiū et oīa demonstrat ei quēcūq; ipse facit. ad hoc quod supra dixit: Nō quod viderit patrē facere: videt pñere et qd oīa demonstrat ei que ipse facit. Sed rursus mortalī cogitatio perturbatur. Dicit enī aliquis: Sed rursus facit pater vt possit filius videre quod facit: velut si faber doceat filiū artem suam: et demonstrat ei qd facit: vt possit et ipse facere quod viderit patrē faciētem. Cum ergo pater facit filius nō facit: vt possit videre filius qd pater facit. Porro si fixū atq; inconcūsum tenemus: quia per filiū oīa pater facit: anteq; faciat demonstrat filio. Ubi etiam demonstrat filio pater quod facit: nisi in ipso filio p que facit. si enim pater exempla faciat: et filius attendat manū patris quēadmodū faciat: vbi est illa inseparabilitas trinitatis. Nō ergo faciendo demonstrat pater filio: sed demonstrando facit p filiū. Uidet enī patrē filius demonstrantez aūq; aliquid fiat: et ex demonstratione patris et visione filij fit: quod sit a patre per filiū. Sed dices: ostendo filio meo: quod volo facere: et facit ipse atq; ego per ipsū. Sed verba diciturus es ei filio tuo: sed ipse filius est verbum patris. Nunquid ergo per verbū loqueretur ad verbum an quia filius magnum ē verbū: mīnoza verba transitura erunt inter patrē et filiū: et sonus aliquis et quasi creatura quedam tpalis exitura erat ex ore patris et percussura aurem filiū. Remoue oīa corpalia: simplicitate vide si simplex es: si non potes cōprehendere quid sit deus: vel hoc cōprehende quid nō deus sit multū proficies: si nō aliud qd ē seferis de deo. In mēte tua vide quod volo dicere: in qua video memoriā et cogitationē: demonstrat memoriā tua cogitationi tue carthaginem: et quod in illa erat: anteq; intenderes conuerse ad se cogitationi ostēdit. Ecce facta est a memoriā demonstratio: facta ē in cogitatione visio et nulla verba in medio cucurrerunt. Nullum ex corpore signum datum est: sed in oīa que in memoriā tenes: forinsecus accepisti. Pater que demonstrat filio: nō accepit extrinsecus: intus totū agit: quia nihil creaturarum esset extrinsecus nisi pater hoc fecisset per filiū. et eam pater demonstrando fecit: quia per filiū vidēte fecit. Sic ergo demonstrans pater filiū visionem gignit: quemadmodum pater filiū gignit. Demonstratō quippe generat visionem: nō visio demonstrationem. quod si purius et perfectius intueri valeremus: fortassis inueniremus nec aliud esse patrem: aliud eius demonstratio nem: nec aliud filiū: aliud eius visionem. **HILA.** vij. de trinita. Nō igitur per ignoratōnem credendus est vñigenius deus doctrina demonstrationis egisse. Demonstratio enim operum nihil aliud hic nobis preterq; natiuitatis fidem ingerit: vt subsistentem filiū ex subsistente deo patre credamus. **AVG.** Uidere enim patrem hoc est illi esse filiū. Sic ergo demonstrat pater omnia que facit filio: vt a patre videat omnia filius. Uidet enim natus est et ab eo est illi videre a quo est illi esse: et natum esse et permanere. **HILARIUS.** vij. de trinita. Neq; autem incircūspectum se celestis sermo egit ne forte diuerse nature significatio sub occasione dicti ambigui subriperet. Demonstrata enim potius opera patris esse ait domino qd ad operationem eorum naturam virtutis adiectam vt demonstratio ipsa natiuitas esse doceretur cui per dilectionem patris operum paternorum que per eum effici vellent: esset cognata cognitio. **AVGVSTI.** Sed ecce quem diximus patri coeternum videntem patrem et videndo existentem: rursus nobis tempora nominat. Nam sequitur: Et maiora his demonstrabit ei opera: Si autem demonstrabit: hoc ē demonstraturus est: nondum demonstrauit: et tunc filio demonstraturus est quando et ista. Sequitur enim: Ut vos miremini. Et hoc difficile est videre quomodo tantam temporaliter filio coeterno aliquando monstrat eternus pater omnia scienti que sunt apud patrem.

Que sint autem illa maiora facile est scire ex hoc quod subditur: Sicut enim pater suscitavit mortuos. **MAIORA** enim opera sunt mortuos suscitare quam languidos sanare: sed quod paulo ante loquebatur ut deus: cepit loqui ut homo. **DEMONSTRABIT** enim quasi temporaliter homini factis in tempore opera maiora. id est resurrectione corporum. **CORPORA** enim resurgent per dispensationem humanam: sed anime resurgent per substantiam dei. participatione enim dei fit anima beata: non participatione beate anime. **QUOD** enim anima que inferior deo est: id quod ipsa inferius est: hoc est corpus vivere facit: sic eandem animam non facit beate vivere: nisi si quod ipsa anima superius est. id est deus. unde et prius dicitur est quod pater diligit filium et demonstrat ei que ipse facit. **DEMONSTRAT** enim pater filio ut anime suscitentur: quod per patrem et filium suscitantur: nec possunt vivere nisi eam vitam sit deus: vel nobis pater demonstraturus est non illi. propterea subiungit: **UT** vos miremini. In quo exponit quid voluit dicere. **ET** maiora his demonstrabit ei opera. **SED** quare non dixit: Demonstrabit vobis: sed filio. quia et nos membra sumus filii: et ipse discit quodammodo in membris suis: quomodo et patitur in nobis. sicut enim dixit: **QUOD** vni ex minimis meis dedistis: mihi dedistis: ita si interrogetur a nobis: **QUANDO** eris discens: cum tu doceas omnia. Respondet: **CUM** vni ex minimis meis discit ego discit.

SICUT enim pater suscitavit mortuos et vivificat: sic et filius quos vult vivificat. **NEQUE** enim pater iudicat quicquid: sed omne iudicium dedit filio: ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. **QUI** non honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum.

AVG. Quia dixerat quod maiora his opera pater demonstraturus est filio: que sunt maiora prosequitur et dicit: **SICUT** enim pater suscitavit mortuos et vivificat: sic et filius quos vult vivificat. **PLANE** maiora sunt ista: valde. **PLUS** est ut resurgat mortuus quam ut convalescat egrotus. **NON** autem sic hoc intelligamus: ut alios a patre suscitari: alios a filio estimemus: sed eosdem quos pater suscitavit et vivificavit: ipsos et filius suscitavit et vivificavit. **ET** ne quis diceret: **SUSCITAT** pater mortuos per filium: ille tanquam potens: iste tanquam ex aliena potestate: tanquam minister facit aliquid. **POTESTATE** filii signavit dicens: **FILIUS** quos vult vivificat. **TENETE** hic non solum potestate filii: verum etiam et voluntatem. **EADDEM** enim patris et filii potestas est et voluntas. non enim vult pater aliud quam filius: sed sicut illis una substantia: sic una voluntas est. **HILA.** vij. d. trini. **VELLE** quidem nature libertas est: que ad preceptum virtutis beatitudinem cum arbitrio voluntate in libertate subsistat. **AVG.** Sed qui sunt isti mortui: quos vivificat pater et filius. **VULT** nobis insinuare resurrectionem mortuorum quam omnes expectamus: non illam quam quidam habuerunt ut ceteri crederent: resurrexit enim lagar? **MORITURUS.** Cum ergo dixisset: **SICUT** enim pater suscitavit mortuos et vivificat: ne intelligeremus illam mortuorum resurrectionem quam fecit ad miraculum non ad vitam eternam secutus ait: **NEQUE** enim pater iudicat quicquid: sed ut ostendat quia de illa resurrectione mortuorum dixerat que futura est in iudicio. **VEL** aliter de resurrectione animarum dictum est: **SICUT** pater suscitavit mortuos. **DE** resurrectione autem corporum sic dicit: **NEQUE** enim pater iudicat quicquid. **RESURRECTIO** enim animarum fit per substantiam patris et filii: et ideo id simul operantur pater et filius: resurrectio vero corporum fit per dispensationem humanam: non patri coeternam. **SED** vide quomodo verbum christi mentem nostram huc atque illuc ducit: vno carnis loco remanere non sinit: ut versando exerceat: exercendo mundet: mundando capaces reddat: factos im-

pleat. **PAULO** enim ante dicebat: quia demonstrat pater filio quicquid facit: videbat quasi patrem facientem et filium expectantem mox rursus video filium facientem patrem vacante. **AVG.** primo de tri. **NON** enim quod dicitur: **DE** iudicio dedit filio: in illa locutione dicitur: et qua dicitur: **SIC** dedit filio vitam hanc in semetipso ut significat: quod sic filius genuit quicquid. **IM** hoc enim quod pater equaliter genuit filium iudicat cum illo. **IM** hoc ergo dictum est quod in iudicio non forma vel forma filii hominis apparebit: non quod non iudicabit: qui dedit omne iudicium filio: cum de filio dicat filius: **EST** quod querat et iudicet. **SED** ita dictum est: **PATER** non iudicat quicquid: ac si diceretur: **PATER** nemo videbit in iudicio: sed omnes filii: quod filius hominis est: ut possit et ab impijs videri. cum et illi videbunt in quo pupugerunt. **HILA.** vij. de tri. **VEL** aliter: quod dicitur: **ET** filius quos vult vivificat: ne non natiuitatis videbatur in se hanc naturam: sed non nate potius patris iure subsistere: continuo subiicit: **NEQUE** enim pater iudicat quicquid: sed omne iudicium dedit filio. **ET** in eo quod omne iudicium datum est naturam: natiuitas demonstrat: quia et omnia hanc sola natura possit indifferens: neque natiuitas aliquid possit hanc nisi datum sit. **CHRY.** Sicut enim dedit vitam. id est genuit eum viventem: ita dedit iudicium: id est genuit eum iudicem. **DEDIT** enim: hic possumus est ne hunc ingentium suspiceris: neque duos presumes. **DICIT** autem: **OMNE** iudicium: quia omnis est et puniendi et honorandi ut voluerit. **HILA.** vij. de tri. **Datum** est enim omne iudicium: quia vivificat quos vult: neque ad opus patris iudicium potest videri cum ipse non iudicet: quia filii iudicium ex iudicio est paterno: ab eo enim datum omne iudicium est. **SED** datum iudicij causa non tacta est. **SEQUITUR** enim: **UT** omnes honorificent filium: sicut honorificant patrem. **CHRY.** Ne enim audirent quoniam patrem habet: auctorem: dissimulandam substantiam estimet et honorum in orationem: complicat honoris filii patris honoris: eundem ostendens esse honoris patris et filii. **SED** nunquid patrem eum dicimus: absit. qui enim patrem eum dicit: non adhuc filium ut patrem honorat: sed totum confundit. **AVG.** Expius quidem filius videbat ut servus: pater honorabat ut deus: apparebit filius equalis patri. **UT** omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. **SED** quid si inveniunt qui patrem honorificant et non honorificant filium: non potest fieri. unde sequitur. **QUI** non honorificat filium non honorum. **QUI** misit. **ALIUD** est enim cum tibi commendat deus: quod deus est et aliud cum tibi commendat deus: quod pater est. **CUM** tibi commendat deus creator: tibi commendat omnipotens: ipse quidam summus: et unus: inuisibilis: incommutabilis. **CUM** vero tibi quia pater est commendatur: nihil tibi aliud quam filius commendat: quod pater dicit non potest filium non habet. **SED** si forte patrem dices honorificas tanquam maiorem: filium tanquam minorem: ibi tollis honorem patris ubi minorem eas filio. **QUID** enim tibi aliud videtur ut sentienti: nisi quia pater equaliter sibi filium generare aut noluit: aut non potuit. **SI** noluit invidit: si non potuit defecit. **VEL** aliter: **QUOD** dicitur: **UT** omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. **REDDITUM** est resurrectioni avari quam sic opatur filius sicut pater. **SED** pro resurrectione non corporum subdit: **QUI** non honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum. **NON** dixit sic: **HONORATUR** enim homo christus: sed non sicut pater deus. **SED** dicit aliqd: **MISITUS** est filius: et maior est pater: quod misit. **RECEDE** a carne missione audi: non separationem. **RES** humane fallunt homines: res divine purgant: quod et ipse res humane dicit contra te testimonium: velut si quis vxorem velit petere: ipse se non posset: amicum maiorem mittit qui eam petat. **ET** si attende quod sit aliud in rebus humanis. **NUNQUID** enim homo pergit cum eo quem mittit: pater autem qui misit filium non recessit a filio cum dicat: **NON** sum solus quia pater mecum est. **AVG.** iij. de tri. **NON** autem eo ipso quod de patre natus est: missus dicitur filius: sed vel eo quod apparuit huic mundo: verbum caro factum. unde dicit: **APPE** et

venit in hunc mundū. Uel eo q̄ ex tempore cuiusq̄ mēte percipitur sicut dictum est: Mitte illam ut mecum sit et mecum laboret. **HILA.** vj. de trini. Conclufa igitur sunt omnia adue: sum heretici furoris ingenta. filius ē: quia a se nū facit. Deus est: quia quecumq̄ pater facit: et ipse eadem facit: vnū sunt: quia exequantur in honore. Non est pater ipse: quia missus est.

Amen amen dico vobis: quia qui verbū meū audit: et credit ei qui misit me: habet vitā eternā. Et in iudiciū non veniet: sed transiet a morte in vitam.

GLO. Quia dixerat q̄ filius quos vult viuificat: cōsequenter ostendit qualiter p̄ filium pueniatur ad vitam dicens: Amen amen dico vobis: quia qui verbū meū audit: et credit ei qui misit me: habet vitā eternā. **AVG.** Quādoquidē in audiendo et credendo vita eterna ē: multo magis in intelligendo. Sed gradus pietatis est fides: fidei fructus intellectus. Et non dixit mihi: Sed credit ei qui misit me. Quare verbū audit tuū: et credit alteri quid voluit dicere: nisi quia verbum eius est in me. Et quid est. Audit verbū meū: non audit me. Credit autē ei qui misit me: quia cū illi credit verbo eius credit: mihi credit: quia verbū patris ego sum. **CHRY.** Uel non dixit: Qui audit sermones meos et credit mihi: est in me. Et quid est. Tuum dicit: et gloriationē verbo: et supflūā. Dicens autē: Credit ei qui misit me: susceptibile faciebat suū sermonē. Ex duobus enī suū sermonē susceptibile facit: et in hoc q̄ p̄ creditur ab eo qui ipsum audit: et in hoc q̄ multis bonis potetur. vnde sequit: Et in iudiciū non veniet. **AVG.** Sed quis ē hic? Erit quisq̄ paulo aplo melior q̄ ait: Oportet nos exhiberi oēs ante tribunal xp̄i. Aliqñ ergo iudiciū pena dicit: aliqñ iudiciū discretio dicit. Ergo scdm iudiciū discretionis oēs nos oēs exhiberi ante tribunal xp̄i. Secundū iudiciū dānationis hic dicit. In iudiciū non veniet id ē non veniet in dānationē. Sequitur: Sed transiet a morte in vitā. Non nunc transiet iam transiet a morte in vitam: sed transiet a morte in vitam: a morte iniquitatis ad vitam iusticie. Uel aliter ne putares credendo te non moriturū secundū carnē: scias te mortē quā debes supplicio adā p̄solitū. Accipit enī ille in quo tunc oēs sumus morte morieris. Nec potes euadere diuinā sniam. Sed cum peroluieris mortē veteris hoīs: suscipies vitā noui hoīs: et transiet facies de morte ad vitā. Ad quā vitā? ad eternā. Resurrecturi enī in fine seculi mortui in vitā eternā transibunt. vita enī ista nec vita noianda est: quia non est vera vita: nisi que est eterna. **AVG.** de ver. 100. Videmus autem homines amatores p̄ntis vite: p̄ntis ac finiens: sic p̄ illa laborare: vt qñ veniat mortis metus: q̄cquid p̄nt faciant: non vt auferant: sed vt differant mortē. Si ergo tāto labore: tanta cura agitur vt aliquātulū plus viuāt: quō agendū est vt semp viuāt. Esi prudēs dicunt: qui oib? modis agunt: vt differāt mortē et viuāt paucos dies: q̄ stulti sunt qui sic viuūt vt p̄dant eternū diem.

Amen amē dico vobis: q̄ venit hora et nūc est qñ mortui audiet vocē filij dei: et qui audierint viuēt. Sicut enī pater habet vitam in semetipso sic dedit et filio habere vitam in semetipso.

AVG. Posset aliquis dicere: Ex patre aliquis viuificatur cui credit: quid tu non viuificas? vide quia et filius quos vult viuificat. vnde dicit: Amen amen dico vobis: quia venit hora et nūc est qñ mortui audient vocē filij dei et qui audierint viuēt. **CHRY.** Cum autē dicat: Venit hora ne forte longum suspiceris tēpus addidit: Et nūc est. Sicut enī in resurrectione futura vocem audientes precipientem suscitabimur: ita et nūc sit. **THE.** Hoc enī dixit p̄o his quos a mortuis suscitaturus fuit. s. filia archifynagogi: filio vidue et lazaro. **AVG.** Uel aliter:

Ne forte quia dixit. Transiet de morte ad vitā: intelligamus hoc in futura resurrectione: ostendere volens quō transit qui credit: subiungit: Amen amen dico vobis: q̄ venit hora. que hora? Et nūc est: quando mortui audient vocem filij dei: et qui audierint viuēt. Nō inquit: q̄ viuūt audient: sed audiendo reuiuiscunt. Quid est enim: audient: nisi obediunt. Qui enim credunt et scdm veram fidem agunt: viuūt et mortui non sunt. Qui autē vel nō credunt vel credunt male viuētes: et charitatem non habēt: mortui potius deputandi sunt: et tamē adhuc agitur hora ista et vsq̄ ad finem seculi ipsa hora agitur: vt iohannes dicit: Nouissima hora est. **AVG.** de verbis domini. Quando mortui id est infideles audient vocem filij dei id est euangelium. Et qui audierint viuēt: id est iustificabuntur: et infideles iam non erunt. **AVG.** super iohannem. Sed queret aliquis: Habet filius vitā? vnde viuāt credentes? Audi ipsum dicentem: Sicut enim habet pater vitam in semetipso: sic dedit et filio habere vitam in semetipso. Viuere quippe suū in illo est: non aliunde: non alienum est: non quasi particeps sit vite: que non est quod ipse: sed habet vitam in semetipso: vt ipsa vita sibi sit ipse. Quid tu: anima mortua eras. Audi patrem per filium: Surge vt in eo recipias vitam quam non habes in te. Qui habet vitā in semetipso. et sic agitur prima resurrectio. Hec enim vita q̄ pater et filius est: ad animam pertinet. Non enim vitam illam sapientie sentit corpus: sed mens rationalis. **HILA.** in li. de synodis. Conclufi quidem heretici scripturarū auctoritatibus: hoc soluz tribuere solent filio: vt patri tm virtute similis sit. tollunt autem ei similitudinem nature non intelligentes: non nisi ex nature similitudine similitudinem esse virtutis. neq̄ enim aliquando inferior natura superioris a se potioris q̄ nature virtutem consequitur. Non autem potest negari quā filius dei idem possit cum dixerit. Quecumq̄ pater facit eadem et filius facit similiter. sed similitudini virtutis nature similitudo succedit cum dicit: Sicut habet pater vitam in semetipso: ita et filio dedit habere vitam in semetipso. In vita nature et essentie significatio est: que sicut habetur: ita data esse docetur ad habendum. Quod enim in vtroq̄ vita est: id in vtroq̄ significatur essentia et vita que gignitur ex vita: id est essentia que ē essentia nascitur: dum non dissimilis nascitur. s. quia vita ex vita ē: tenet in se originis sue indissimilem naturam. **AVG.** xv. de trini. Intelligitur autem pater non sine vita existerē iam filio vitam dedisse: sed ita eum sine tempore genuisse: vt vita quam pater filio gignendo dedit coeterna sit vite eius qui dedit. **HILA.** vj. de trini. Quod enī ex viuio viuū natum est: habet natiuitatis perfectionem si ne nouitate nature. non enim nouum est quod ex viuio generatur in viuū: quia nec ex nihilo ad natiuitatem vita quesita est. et vita que natiuitatem sumit ex vita: necesse ē per nature vnitatem et perfecte natiuitatis sacramentum vt in viuente viuāt et in se habeat vitam viuētem. Et q̄ dem nature humane infirmitas ex disparibus comparatur: et ex inanimatis continetur ad vitam: nec statim i ea quod gignitur viuūt: neq̄ totum viuūt ex vita: cum in ea multa sint que sine nature sensu cum exercuerint desiccantur. In deo vero totum quod est viuūt. Deus enim vita ē et ex vita non potest quicq̄ esse nisi viuū. **AVG.** Ergo quod dicit: Dedit filio: tale ē ac si diceretur: Genuit filium generando enī dedit. Quō dedit vt esset: sic dedit vt vita esset in semetipso: vt non aliunde vita indigeret: sed ipse esset plenitudo vite: vnde credentes aliq̄ viuerent dum viuerēt. Quid interest: q̄ ille dedit: iste accepit. **CHRY.** Vides indissimilitudinem in vno solo differentiam ostendentem in essendo: hunc quidem patrem: illum vero filium. **HILA.** de syno. Discernitur enī persona accipientis et dantis. Non enim potest intelligi ipse et que vnus a se accepisse qui dederit: quia alius est ibi viuens

alius profitens se vivere per auctoritatem.

Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei: et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii.

TEO. Non solus pater dedit filio quod vivificet: sed etiam quod iudicium faciat. unde dicit: Et potestatem dedit ei iudicium facere. **CHRY.** Cuius autem gratia circa hoc continue veritatem iudicii dico et resurrectionem et vitam: quoniam hec maxime omnium sunt que introducere possunt inflexibilem facere auditorem. Qui enim persuasus est quoniam resurget: et filio dabit non rationem eorum que deliquit: est nihil aliud videri signum hoc suscipiens curret: benignus sibi iudicem faciens. Sed quia filius hominis est: nolite mirari hoc. Paulus quidem de samosetanus non ita ait: sed sic: Dedit ei potestatem iudicium facere: quia filius hominis est. sed nulla convenientia habet hoc dicitur ita. Non enim propterea suscepit iudicium quia homo est: quia quis prohibet omnes homines esse iudices: sed quia ineffabilis dei filius est: propterea et iudex est. Ita igitur legendum: Quia filius hominis est: nolite mirari hoc. quia n. videbatur audientibus obstare his que dicebantur: quoniam nihil plus estimabant esse christum quam purum hominem. que vero dicebantur erant maiora quam fin hominem: et etiam quam fin angelum: et erant solius dei. ideo hanc opinionem solvens dicit: Ne miremini quia filius hominis est. et subdit causam quod re non sit mirandum dicens: Quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei. Et cuius gratia non dixit: Ne miremini quia filius hominis est: etenim et ipse filius dei est. Si resurrectionem posuit: quia scilicet opus dicens quod dei proprium erat: dat audientibus ex eo syllogizare de reliquo quoniam deus erat et dei filius. Etenim qui argumenta copulant: cum partes ponentes nobiliter demonstraverint: quod queritur multoties non inducunt ipsi conclusionem: sed carentem facientes victoriam: dimittunt illi qui contradicit: ut pro eis sententiam ferat. Igitur eius quidem que fin lazarum resurrectionis supra reminiscens de iudicio tacuit: non enim propter iudicium surrexit lazarus. Universalem vero resurrectionem inducens iudicium posuit. unde sequitur: Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt: in resurrectionem iudicii. Quia enim supra dixerat: Qui audit sermonem meum et credit ei qui misit me in iudicium non venit ut non estimet quis quod credere sufficit ad salutem adiecit hoc de vita: dicit: Et qui bona egerunt et qui mala egerunt. **AVG.** Vel aliter: In quantum erat verbum in principio apud deum: dedit ei vitam habere in semetipso: sed quod verbum caro factum est ex virgine maria: homo factus filius hominis est. Et quia filius hominis est: accepit potestatem iudicium facere: quod scilicet erit in fine seculi. Et ibi erit resurrectio corporum mortuorum. Animas ergo suscitavit deus per christum filium dei: corpora suscitavit per eundem filium hominis. unde additur: Quia filius hominis est. Nam fin quod dei filius est spiritus habuit. **AVG.** de ver. do. Ad iudicium enim forma hominis ventura est: forma illa iudicabit que iudicata est. sedebit iudex qui stabat sub iudice. Dabitur veros reos: qui factus est falsus reus. rectum enim erat ut iudicandi viderent iudicem: iudicandi autem erant boni et mali: restabat ut in iudicio forma servus et bonis et malis ostenderet: forma dei solis bonis servaretur. Beati enim mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. **AVG.** super Jo. Omnes autem qui instituerunt alicuius esse falsae religionis sectam negare resurrectionem mentium non potuerunt: sed multi carnis resurrectionem negaverunt: et nisi tu dñe iesu dixeris eam: quid opponemus contradictionibus. Ad ipsam igitur ostendendam subdit: Nolite mirari hoc. scilicet quod dedit potestatem filio hominis iudicium facere: quia venit hora. **AVG.** de verbis do. hic non ad-

dit: Et nunc est: quia ista hora ipse seculi erit. Nolite inquam mirari quia dixi: Oporet homines ab homine iudicari. scilicet quos homines: non solum quos inveniet vivos. unde sequitur: Quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt.

AVG. super Jo. Quid evidenter: ut: corpe sunt in monumentis non anime. Superius etiam cum diceret: Venit hora. et adderet: Et nunc est. subiecit. quoniam mortui audient vocem filii dei. Non dixit: Omnes mortui. mortui enim iniquos voluit intelligi: sed non omnes iniqui obediunt evangelio. At vero in fine omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius et procedent. noluit dicere: Et vivunt. quod superius dixit: ubi vitam eternam: intelligi voluit et beatam quam non omnes habebunt qui de monumentis procedent. Accipisti certe potestatem iudicandi: quia filius hominis es. Resurgent corpe de ipso iudicio: dicit aliquid: et hoc audite. Qui bona fecerunt in resurrectionem vite vivere. scilicet cum angelis dei. Qui male egerunt: in resurrectionem iudicii. hic iudicium pro pena posuit.

Non possum ego a meipso facere quicquid: sed sicut audio iudico: et iudicium meum iustum est: quia non quero voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me patris.

AVG. Dicturi eramus christo: Tu iudicabis: et per non iudicabit: nonne ergo fin patre iudicabis. Et ideo adiecit: Non possum ego a me facere quicquid. **CHRY.** hoc est: non ex transeuntibus dissimile his que vult pater: a me fieri videbitis: sed sicut audio iudico. In quo nihil aliud ostendit quam impossibile est cum aliquo aliud velle quam quod per vult hoc est ita iudico ac si ipse pater esset qui iudicaret. **AVG.** Cum ageret de resurrectione animarum non dicebat: audio sed video. audio enim nunc dicit tanquam precipientis patris imperium. Jam ergo sicut homo loquitur quo maior est potest.

AV. in ser. contra arrianos: Vel aliter dicit filius: Si cut audio iudico: siue ex humana subiectione: quia filius hominis est: siue secundum illam incommutabilem simplicemque naturam que sic est filius: ut tamen ei de patre sit. In qua natura non est aliud audire: aliud videre: aliud esse. Unde ab illo est ei audire et videre a quo illi est ipsum esse: et ideo sicut audit iudicat: quia sicut genitum est verbum: videtur verbum sit veritas: ita secundum veritatem iudicat. Sequitur: Et iudicium meum iustum est. quia non quero voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me patris. hoc enim dicens ad illum hominem voluit referre intentionem nostram: qui voluntatem suam querendo non etiam a quo factus est: non habuit iustum iudicium de seipso: sed iustum iudicium habitum est de ipso. Ipse quippe faciens voluntatem suam: non dei mortuum se esse non credit: sed et hoc iudicium eius iustum non fuit. Denique fecit et mortuus est: quia iudicium dei iustum est: quod iudicium facit dei filius: non quod querendo voluntatem suam: cum sit etiam hominis filius: non quia ipse in iudicando nulla voluntas est: sed quia non ita est voluntas eius propria ut sit a voluntate patris aliena. **AVG.** super ioan. Non ergo quero voluntatem meam propriam. scilicet hominis que refertur deo. faciunt enim homines voluntatem suam non dei quando faciunt quod volunt: non quod iubet deus. Quia autem ita faciunt: quod volunt: ut tamen sequantur voluntatem dei: non faciunt voluntatem suam. Vel ideo dicit filius: Non quero voluntatem meam. quia christus non est de se: sed de patre suo est. **CHRY.** Ostendit enim non aliam esse patris voluntatem praeter suam: sed unam omnium usque. Si vero humanius hoc loquitur: Ne miretis. Potest enim purum adhuc eum estimabant. Inde igitur suum iudicium iustum esse dixit. unde quilibet alius excusans dixisset. qui enim sua vult statuere in suspicionem deveniet de corruptione iusticie. qui vero non sua iustitiam quam occasionem habebit ut iniusta iudicet. **AVG.** filius unicus dicit non quero voluntatem meam: et homines volunt facere voluntatem suam. faciamus ergo voluntatem

voluntates patris: christi et spiritus sancti: quia horum una voluntas: una potestas: una maiestas est.

Si ego testimonium perhibeo de meipso: testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me: et scio quia verum est testimonium eius quod perhibet de me. Vos misistis ad iohannem: et testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hec dico ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens: Vos autem nolulistis ad horam exultare in luce eius? Ego autem habeo testimonium maius iohanne. Opera enim que dedit mihi pater ut perficiam ea: ipsa opera que ego facio testimonium perhibet de me: quia pater misit me. Et qui misit me pater ipse testimonium perhibuit de me. Neque vocem eius unquam audistis: neque speciem eius vidistis. Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille: huic vos non creditis. Scrutamini scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere. Et ille sunt que testimonium perhibent de me: et non vultis venire ad me ut vitam habeatis.

IOANNES CHRYSOSTOMUS. Quia christus magna de se enunciauerat: eorum demonstratio non erat dicta ad confirmationem eorum que dicta sunt: oppositionem eorum inducit dicens: Si ego testimonium perhibeo de me: testimonium meum non est verum. Quis autem non statim turbabitur? christum audiens hoc dicentem. Etenim in multis locis apparuit sibi ipse testatus. Si igitur omnia hec falsa sunt que nobis ait ipse salutis. Unde veritate invenimus: cum ipsa veritas dicat: Testimonium meum non est verum. Hoc igitur quod dicit: Non est verum: non quantum ad dignitatem suam: sed quantum ad illius suspicionem loquebatur. Poterat enim ei iudei subinferre: quoniam tibi non credimus. Nullus enim unquam sibi testans dignus est fide. Deinde post oppositionem alias dat responsiones manifestas et irrefragabiles: tres inducens testes eorum que dicta sunt: opera que ab ipso sunt facta: patris testimonium et iohannis predicationem: et ponit primum minorem: scilicet que iohannis. unde dicit. Alius est qui testimonium perhibet de me: et scio quoniam verum est testimonium eius quod perhibet de me. **AUGUSTINUS.** Verum esse de se testimonium suum: sed propter infirmos et propter incredulos querebat sol lucernas: fulgores quippe solis lippitudine eorum ferre non poterat: ideo quesivit est iohannes qui testimonium perhiberet veritati. Martyres nonne testes sunt christi: ut testimonium perhibeant veritati. Sed si diligentius inspicimus: quando martyres perhibent illi testimonium: ipse sibi perhibet testimonium. Ipse enim habet in martyribus: ut perhibeant testimonium veritati. **ALCIV.** Vel aliter: quia christus deus erat et homo: utriusque nature proprietatem ostendit: aliquando loquens secundum hoc quod ex hominibus assumpsit: aliquando secundum maiestatem divinitatis. Quod ergo ait: Si ego testimonium perhibeo de me: ex parte humanitatis est accipiendum. et est sensus: Si ego homo de me perhibeo testimonium. absque deo testimonium meum non est verum. unde sequitur. Alius est qui testimonium perhibet de me. Pater enim testimonium perhibet de christo: quia in baptismo vox patris audita est: et in monte transfigurato christo. Sequitur. Et scio quia verum est testimonium eius. Deus enim veritas est: ergo testimonium veritatis quid aliud potest quam verum. **CHRYSOSTOMUS.** Sed secundum priorum intellectum possent illi dicere: Si non est verum testimonium tuum: quomodo dicis quoniam novi quod verum est testimonium iohannis. unde ad eorum suspensionem respondet dicens: Vos misistis ad iohannem et testimonium perhibuit veritati. quod. Non misistis ad iohannem si cum dignum fide non optina-

remini. Et quod utique maius est: non miserunt ad eum interrogandum de christo sed de seipso. Qui enim missi sunt non dixerunt: Quid dicis de christo. sed tu quis es. quid dicis de teipso. ita magna de homine admirationem habebant. **ALCIV.** Ille autem testimonium perhibuit: non sibi sed veritati: sicut amicus veritatis veritati. christus testimonium perhibuit. Non autem dominus refellit testimonium iohannis quod vere necessarium fuit: sed ostendit non ita debere homines in iohannem intendere: ut iam non putet solum christum sibi esse necessarium. unde subdit: Ego autem non ab homine testi. accipi.

BEDA. Quia non indigeo. Iohannes autem ut testimonium perhibuit: non tamen ut christus cresceret: sed ut homines ad ipsius cognitionem promoveret. **CHRYSOSTOMUS.** Testimonium etiam iohannis dei testimonium erat: ab illo enim discens dixit quod dixit. sed ne dicant: Unde manifestum est quod a deo videtur quod videtur: eorum suspensionem corripit dicens: Sed hoc dico ut vos salvi sitis. quasi diceret: Ego quidem deus existens non indigeo huiusmodi testimonio humano: quia vero et magis attenditis et eum magis omnibus fide dignum putatis: mihi autem neque miracula facienti credidistis: propter hoc vobis commemoro testimonium illius. ut enim non dicant: Quid igitur si ille dixit: Nos autem non suscepimus ostendit quoniam non acceptaverunt que ab eo dicta sunt. unde sequitur: Ille erat lucerna ardens et lucens. vos autem non. ad hoc exul. in luce eius. Hoc autem quod dicit: Ad horam: facilitatem credendi ostendit: et quacumque ab eo resisterunt: quod si non fecissent: cito eos ad iesum manuduxisset. vocando autem eum lucernam: ostendit quoniam non ex se habebat lumen: sed a spiritus sancti gratia. **ALCIV.** Iohannes enim erat lucerna illuminatus a christo luce: ardens fide et dilectione: lucens verbo et actione qui premissus est ut inimicos christi confunderet: secundum illud: Paravi lucernam christo meo: inimicos eius induam confusione. **CHRYSOSTOMUS.** Ad iohannem igitur vos voco non quasi illius indigens testimonio: sed ut vos saluemini. nam habeo maius testimonium iohanne. et hoc est quod sequitur: Ego autem habeo testimonium maius iohanne. hoc autem est quod est ab operibus. unde sequitur: Opera enim que dedit mihi pater ut perficiam ea: ipsa opera que ego facio. testi. perhibeo de me quia misit me pater. **ALCIV.** Quod enim cecus illuminatur: aures aperit: ora mutorum resolvit: demonia fugat: mortuos suscitatur: opera hec testimonium perhibent de christo. **HILA.** vii. de trinitate. Unigenitus enim deus non nominis testimonio infirmis: sed etiam virtutis docet esse se filium. opera enim eius que facit testantur eum a patre missum. Itaque filii obedientia et paterna auctoritas docentur in missio. Sed quia opera non sufficiunt in credibilibus ad testimonium sequitur: Et qui misit me pater: ipse testimonium perhibet de me. Revolvite evangelica volumina et oremus eorum opus recensere: nullum aliud patris de filio testimonium extat in libris quam quod hic sit filius suus. Quid inferitur hodie calunie ut adoptio nominis sit: ut mendax deus sit ut nomina inania sint. **BEDA.** Missio autem incarnatio eius debet intelligi. Denique ostendit quod deus incorporatus sit: et quod corporalibus et visibilibus oculis videri non possit. unde sequitur: Neque vos eius unquam vidistis. **ALCIV.** Possent enim iudei dicere: Nos soliti sumus vocem domini audire in synagoga: et cum vidimus in specie ignis. Si ergo deus perhibet testimonium de te: nos intelligere mus vocem domini. Contra hoc dicit: Ego habeo testimonium a patre quantum non intelligatis: quia vos nunquam audistis vocem eius: neque speciem eius vidistis. **CHRYSOSTOMUS.** Quomodo ergo moyses dicit: Si facta est aliquando huiusmodi res ut audiret populus vocem dei loquentis de medio ignis: sicut tu audisti et vidisti: vidisse etiam cum dicuntur Isaias et alii plures. Quid ergo est quod nunc ait christus. In philosophicum eos ducit dogma: paulatim ostendens quoniam neque vox circa deum est: neque species: sed superior et figuris et loquelis talibus. Sicut enim dixit neque vocem eius audistis. Propter hoc non indicat quod

voce emittat: sed nō audibile ita dicens. Neqꝫ spe. ei. vi. non hoc dicit: qꝫ speciem sensibile habeat ⁊ visibile: sed qm̃ nihil bōd ē circa dei. **ALCV.** Nō. n. carnalibus auri bus: sed sp̃itali intelligentia p̃ gram sp̃s sancti audiri pōt. Non ergo vocē sp̃ritualē audierāt: qm̃ cum amare ⁊ p̃cepta eius obedire volebant neqꝫ speciem eius viderūt: qz nō exterioribus oculis videri pōt sed fide ⁊ dilectione. **CHRY.** Sed neqꝫ possibile erat eis dicere: qꝫ p̃cepta eius suscepissent ⁊ seruarent: ideoqꝫ subiungit: Et vbi eius nō hētis in vobis manēs. i. p̃cepta dei legē ⁊ p̃phetas: ⁊ si enim ea deus cōstituit: sed apud vos nō sūt. si enī scripture vbiqꝫ docēt ṽt mibi credatis: vos autē nō creditis: manifestū ē qꝫ fimo eius deficiat a vobis. Et ppter hoc subdit: Quia quē misit ille huic vos non creditis. **ALCV.** Uel aliter: Verbi quod i p̃ncipio erat nō hnt in se manens: qui verbum dei qd̃ audiuit ⁊ memoria tenere ⁊ opere implere contemnūt. dixerat igit se habere testimoniu a iohanne: ab operibus a patre: addit ⁊ testimoniu a lege quē data est per moysen dicens. **Scrutamini** scripturas in quibus putatis vitā eternā habere: si ille sunt quē testimoniu p̃hibent de me. q. d. Vos qui in scripturis putatis vitā eternā hēre: de me quasi cōtrariū moysi repudiatis: testimonio ipsi moysi: me esse deū intelligere potestis: si ipsas scripturas diligēter inuestigatis. Ois enī scriptura testimoniu p̃hibet de ch̃i sto: siue p̃ figuras: siue p̃ p̃phetas: siue p̃ angelorum mysteria. Sed his iudei de xpo non crediderunt: ⁊ ideo vitā eternā habere non possunt. vñ sequit: Et nō vultis ve. ad me vt vi. ba. q. d. **Scripture** p̃hibēt testimoniu. Et in p̃ tota testimoniu nō vultis venire ad me. i. nō vultis mibi credere ⁊ a me querere verā salutē. **CHRY.** Uel alit pōt p̃nuari: Possent illi dicere: Qualiter si vocē ei nō audiui⁹: deus tibi testat⁹: et iō dicit: Scrutamini scripturas: oñdens qꝫ p̃ has testatus ē deus de eo. etenim i iordane testatus ē ⁊ i mōte: **Sz** vocē quidē sc̃tāz i mōte nō audierunt: factā autē i iordane audierūt sz nō attenderūt. Propterea mittit eos ad scripturas dicēs: oñdens qm̃ ⁊ patris testimoniu illic ē. Nō autē ad lectionē simplicē scripturaz: sz ad scrutationē exquisitaz eos mitterat qz ea quē de eo dicebant in scripturis: desup obumbrabant neqꝫ i sup̃ficie exprimebant: sed velut quidā thesaurus recondēbant. Nō dicit autē qbus hētis vitā eternā sed in quibus estimatis vos hēre: oñdens qm̃ non capiebāt magnū fructū ⁊ nobilē ex scripturis sola lectiōe estī mātēs se saluari cū fide eēt p̃uati. Propter qd̃ subdit: Et nō vultis ve. ad me. qz ei credere volebāt. **BED.** Nō autē venire p̃ credere ponat psalmista oñdit dicens: Accedite ad eū ⁊ illuminamini. Subdit autē: Ut vitā hēatis si enī aia quē peccat mori⁹: i ipsi aia ⁊ mente mori⁹ erat. Promittebat g̃ illis vitā aīe vel felicitatis eterne.

Claritate ab hoibus non accipio: sed eo gnoui quia dilectionē dei non habetis i vobis. Ego veni in noīe p̃ris mei: ⁊ nō accepistis me. Si alius venerit in noīe suo: illū accipietis. Quō vos potestis credere quī gloriā ab inuicem accipitis: ⁊ gloriā q̃ a solo deo est nō queritis. Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem. Est qui accusat vos moyses in quo vos spatis. Si enī crederetis moysi crederetis forsitā ⁊ mibi. De me enī ille scripsit: Si autem illius litteris nō creditis: quomodo verbis meis crederetis?

CHR. Quia dñs sup̃ra meminit ⁊ iōānis ⁊ testimonij dei: ⁊ opex sup̃ra vt eos ad seipm̃ attraheret: p̃babit erat multis suspicari qꝫ hec diceret: gl̃ia hoīuz amās ⁊ ideo cōtra hoc dicit: Claritatē ab hoīe accipio: hoc est non indigeo. Non enim est mea natura talis: vt indigeat

que ab hominibus est gloria. **Si** enim sol a lucerne lu-
mine non recipit adiectionem: multo magis ego huma-
na gloria non indigeo **ALCV.** Uel claritate ab homini-
bus non accipio. i. laudem humanam non quero. nō. n.
veni ut honorem ab hominibus acciperem carnalis: sed
honorem hominibus darem spirituales. Nō ergo ideo
hoc loquor: ut gloriam meam queraz: sed condoleo vo-
bis errantibus: z volo vos reducere ad viam veritatis
vnde dicit: **Sed** cognouit vos: qz dilectionem dei nō ha-
betis in vobis. **CHR.** q. d. Ideo hoc dixi: vt conu-
cā vos: qm̄ ppter amorem dei me nō psequimur. **Etenim**
ipse testat mihi z p opera z pscripturas. **Oponebat** igitur
vt sicut z me abigebatis estimātes esse deo pparatū: ita
nunc ad me venietis: si deū amatis: sed non amatis.
Non aut ab his solum: sed et cū a futuris hoc ostendit dicens
Ego veni in noīe patris mei: z non accipitis me. **Si** ali-
ve. in no. suo: illū accipietis: Ideo dicit se in noīe patris
venisse: vt oēm absconditā occasione in deū notione. **AL-**
CVI. Ac si dicat: ideo veni in mundū: vt per me gloriā
cei nomen patris: qz patri oīa attribuo. Dilectionē ergo
dei non habēt qz nō habēt cū recipere qd pīs venerat fa-
cere voluntatem. Antichristus autem venit in nomine
nō pīs sed suo: vt nō gloriā patris: sed sua querat. Quia
enim iudei noluerunt recipere xpm̄: pena peccati hui⁹ cō-
gruet: vt recipiāt antichristū: vt qd nolūt credere veritatē:
credāt mēdaciō. **AVG.** de verbis dō. **Sed** audiam⁹
z iohannem: Audistis qz antichristus venit: z nunc anti-
christi multi facti sunt. Quid aut expauescis in antichri-
sto nisi qz nomen suum honoraturus ē: z nomen dñi cō-
tempturus: Quid aliud facit quī dicit: Ego iustifico: nisi
boni fuerimus: pīstis: Ergo vīta mea ex te pendebit: z sa-
lus mea ex te relabitur: ita ne oblitus sum fundamentū
meum: nōne petra erat xps? **CHR.** Sic igitur irre-
fragabilē in deūotionis eoz poit demōstrationē. q. d. **Si**
vt amātes deū me p se querimini: multo magis i antichri-
sto hoc vos facere oporet. ille enim non dicit se a pa-
tre missum: neqz fm̄ voluntatē illius veniēre: econtra
rō ea que sibi non congruē rapiens super oīa deū se
esse dicit. Manifestum ē igitur qz liuoz persecutio erat
qua xpm̄ persequebātur: z odij in deū. Deinde causaz
eozuz infidelitatis ponit dicens: Quō vos potestis cre. qd
gloriam ab inuicē acci. z glo. quā a solo deo est non que-
ritis. Hinc. n. rursus ostendit: quoniam non que deī sunt i-
tendebant: sed propoziam volebant passionē defendere
ALCVI. Magnum igitur vitium ē iactantia: z hūane
laudis ambitio: que de se vult estimari: quod de se non
habet. Ideo enim non possūt credere quia superba mēs
eozum laudari desiderat: z se sup alios efferre. **BFD.**
Hoc aut vitii melius cauēri non pōt: q̄ vt ad conscien-
tias nostras redeamus: nosqz puluerem esse considere-
mus: z si quid nobis boni inesse deprehendimus: nō no-
bis sed deo ascribamus. Instruimur etiam vt semp
tales exhibeamus: quales ab alijs videri desideramus
Deniqz possent ipsi respondere. Ergo accusabis nos apō
patrem: Et ideo ego questionē penitens subdit: Nolite
putare qz ego accusaturus suz vos apud patrē. **CHR.**
Quia. i. non veni dānare sed saluare. Est qui accu. vōs
Moyses in quo vos speratis. Sicut enim dō scripturis
supra dixit. In quibus putatis vitam eternam habere:
ita z de moysē ait: in quo vos speratis: ex propozis eos
vbicqz capiens. Sed dicent: qualiter nos ille accusabit
quid tibi z moysi cōmune: quī sabbatus soluit: z iō sub-
dit: Si enim crede. moysi: crederetis for. z mihi. De me
enim ille scripsit hec ex superiōribus cōstitutionem hūc
cum enim in confessione deductum sūt: qz a deo veniāt
operibus: a voce iohannis: a patris testimonio: manife-
stum est qz moyses eos accusabit. **Etenim** dixit: Siquis
venerit signa faciens z ad deū ducens: z futura predi-
cens cū veritate: opoziet ei obedire. Christus autēz hec
omnia

omnia fecit nec ei crediderunt. **ALCV.** Foris autem more nro posuit: nō qz dubitatio sit in deo. Scripsit autē de christo moyses dicens: **Propheta vobis suscitabit de fratribus vestris tanq̃ meipsum audietis.** **AVG.** Contra faustū: Sed et oē qd scripsit moyses de christo ē. i. ad christū oīno p̃tinet: siue qz eū figuris rerū vel gestarū vel oītarū p̃nūciat: siue qz eius grātia gloriāqz cōmēdet. seq̃tur: **Si autē illius litteris nō creditis: quō verbis meis cre-**

THEO. q. v. ipse ē scripsit et apud vos libros reliquit ut si forte obliuisceremini: de facili recordari possit: et cū scriptis nō credidistis: quō verbis meis non scriptis credetis: **ALCV.** Et hoc etiā colligitur: qz qd legit p̃cepta qz rapina et alia mala prohibēt: et implere negligūt dicta euāgelij qz p̃fectiora et subtiliora sūt implere nō valēt. **CHRY.** Et quidē si attenderent his que dicebantur: oportebat qz rere et ab eo discere qz sūt illa qz moyses de eo scripsit sed sūt. **Tab. n.** ē neq̃cia: vt qd dicit aliqz vel faciat: maneat p̃prium venenū conseruans.

CA. VI.

Quod hic abiit iesus trās mare galilee: qd ē tyberiadis. Et sequebat eū multitudo magna: qz videbāt signa qz faciebat sup̃ his qz ismabātur. Subiit ergo i mōte iesus: et ibi sedebat cū discipulis suis. Erat autē p̃ximū pascha dies festus iudeorū. Cum subleuasset ergo oculos iesus: et vidisset: qz multitudo maxima venit ad eum: dicit ad philippū: **Unde enim panes vt maducet hīs?** **Hoc** autē dicebat tentans eū. Ipse enīz sciebat qd eēt facturū. Respondit ei philippus: **Pucetozūz denariozūm panes nō sufficiūt eis: vt vnusquisqz modicū qd accipiat.** Dicit ei vn⁹ ex discipulis eius andreas frater simonis petri: **Est puer vn⁹ hic qui habet quinqz panes ordeacos et duos pisces:** **Ez** hec qd sūt iter tātos: **Dicit ergo iesus** Facite homines discubere: **Erat autē senum multū i loco.** Discubuerūt ergo viri numero quasi quinqz milia. **Accepit ergo iesus panes et cū gratias egisset distribuit discubentib⁹.** Similiter ex piscib⁹ quātū volebat. **Et autē impleti sūt dixit discipulis suis:** **Colligite que superauerūt fragmenta ne pereant.** **Colligerunt ergo: et impleuerūt duodeciz cophinos fragmentozū ex quinqz panibus ordeacis et duobus piscib⁹ que sup̃fuerūt hīs qz maducauerāt.** Illi ergo homines cū vidissent qd iesus fecerat signū dicebāt: **Quia hic ē vere propheta qui venturus est in mundum.**

CHRY. Sicut iacula cū in durū aliquid inciderint: cū multo impetu faciuntur: cū autē nō habuerint aliquid obuiū: dissoluit cito imissio et quiescit: ita et cū audacib⁹ hominib⁹ ip̃tuoze incessem⁹ seuiunt magis. Si autē cesserimus facile mollim⁹ eorū insantiā. Propterea christ⁹ furorē ex p̃missis sermonib⁹ natū secedēdo mitigauit: in galilea vadēs: nō tū loca vñ in hierusalē ascenderat nō enīz in chana galilee: s3 vltra mare iuit. vñ: it. Post hec abiit trās mare galilee quod ē tyberiadis. **ALCV.** hoc mare pro diuersitate locozū diuersis noib⁹ vocat⁹: s3 quātū ad p̃ntē locū: mare galilee propter p̃uinciā: tyberiadis autē a ciuitate dī. **Mare autē dicit⁹:** nō qz sit amara aqua: s3 iuxta hebraicū modū oīz congregationes aquarū māris vocantur: **Qd mare dñs** ē frequēter trāsīt vt populis ibi manētib⁹ verbū predicationis ip̃endat. **THE.** Trāsīt. n. de loco ad locū. p̃bādo populū volūtatem: et auditiō-

res homines vnusquisqz ciuitatis: et sollicitiores reddēs vnde sequitur: **Et seque. eū mul. ma. qz vide. sig. que fa. su per his qz ismabātur.** **ALCV.** Scilicet qz cecos illum inabat: et alia huiusmodi. Et sciēdū ē qz quoscūqz in corpore sanabat: eos parit reformabat i aīa. **CHRY.** Tāta autē doctrina potētes a signis magis mouebāt: qz grossioris mētis erat. **Signa. n.** vt ait paulus nō sūt data fidelib⁹ sed infidelibus. Sapientiores autē erāt illi de quibus in mattheo dicit⁹: qz stupebāt in doctrina eius. Sed quare nō dicit qz signa videbāt eū faciēte: qm̃ hic euāgelista maiore parte lib⁹ i sermonib⁹ dñi cōsumere studuit. **Sequitur** Subiit i mōte iesus. et ibi sede. cū discipulis. In mōtem quidē ascēdit propter signū quod fieri debebat. **Ez qz discipulos secū ascendere fecit:** accusatio multitudinis erat nō sequētis eū. Ascēdit et i mōte: erudiēs nos a tumultibus et ab ea qz in mūdo ē turbatio ē quiescere: aptum. n. ad philosophiā solitudo ē. **Siquitur:** Erat autē p̃ximū pascha. dī. fe. iu. **Vide qualiter i anno integro nihil plus euāgelista nos docuit de signis christi qz qz paralyticū sanauit et filiū reguli. nō. n.** studuit vniuersa annūciare s3 ex multis magna et pauca. Qualiter igitur nō ascēdit ad diē festum: paulatim enim soluebat legē occasione capiēns a iudaica nequitia. **THEO.** Quia enīz iudei eū persequēbātur: occasione recessus accipies legē excludit: inuēns obseruatib⁹ qz veritate adueniēte: oīs cessat figura. et qz legib⁹ nō subijcit: vt legalia festa p̃ficeret: et vide hoc quod nō erat festū christi: sed iudeorū. **BED.** Siquis autē verba euāgelistarū diligenter considerauerit facile cognoscat: qz vnus ani spaciū fuit iter decollationē iōānis et passionē dñi. **Cū. n. matthe⁹** dicat: qz dñs audita neccio ānis secessit i de sētū locū: et ibi turbas pauit: et iōannes dicit qz p̃ximū erat pascha iudeorū qm̃ turbas pauit: aperte demonstrat qz iminēte pascali festiuitate decolatus ē iōannes. **Euo lato autē vni⁹** ani spacio passus ē christ⁹ i eadē festiuitate **Sequit⁹:** Cū subleuasset ergo oculos iesus et vidisset: qz multū max. ve. ad eum dixerat: ad phi. vñ eme. pa. vt mā. hi. **Dixit** cū subleuasset oculos iesus qz discerem⁹ qz oculos nō erigebat huc atqz illuc s3 pudice sedebat attēus cū discipulis suis: sed diligenter loquēs aliqd eis et eos ad seipm̃ cōuerēs deinde respiciēs vidit turbā ad se veniēte. **Cui** igit grā philippū iterrogat. sciebat enī qz discipulorum ei⁹ cōgregatio ampliori idigebat vortia. **Talis autē erat philipp⁹** qz postea dixit. **Quidē nobis patrem et sufficit nobis p̃p̃te rea igit p̃us eū erudiebat.** Nam simpliciter factū eēt miraculū nō tantū appareret: nūc autē p̃zi cogit cōfiteri op̃ia: vt certū discat miraculū magnitudinē vñ seq̃t: **Hoc autē dī ce. ten. euz.** Non quidē ignorans id quod debebat ab ip̃o dici: sed humane hoc dictum ē. **Sicut enim** quod dicitur **Qui scrutatur corda hominū:** nō ostendit ignorantie scrutationē sed certissime cognitionis: ita cū hic dicit qz tentauit eū: nihil aliud dicit qz quoniam sciebat certissime. **Sed aliud ē** dicere quoniam probatiozē eū faciebat: per talem interrogationem inducens in certissimā signi cognitionē propter hoc et euāgelista ne infirmitate locutionis minorationē aliqua suspiceris subiungit: **Ipse enīz sciebat qd eēt facturū.** **ALCV.** Interrogat igitur non vt ignorata discat: sed vt discipulo adhuc rudī p̃p̃riā tarditatē ostendat: quā ipse in se pendere nō valebat. **THE.** **Uel** etiā vt alijs ipsum ostenderet: non tanq̃ cor ei⁹ ignorans. **AVG.** de con. euan. **Sed** si dominus scōz narrationē iōānis p̃spectis turbis quesiuit a philippo tentans eū vnde illis esce dari posset: pōt mouere quō sit verū: qd alij narrauerūt prius dixisse dño discipulos: vt dimitteret turbas. **Quibus ille** rēdit fm̃ mattheū: **Nō hnt** necesse ire: date eis vos maducare. intelligitur igitur post hec verba dñs inspexisse multitudinē et dixisse philippo: qd iōannes cōmemorat: alij autē p̃termiserunt. **CHRY.** **Uel** aliter: **Alia** quidē sūt illa: alia autē sunt hec non eūdē